

# ATTI DELLA SANTA SEDE

CONGREGAZIONE PER IL CULTO DIVINO E LA DISCIPLINA DEI SACRAMENTI

## **Decreto per la *recognitio* dell'Evangelionario ambrosiano**

(31 maggio 2011)

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 406/11/L

### **MEDIOLANENSIS**

Instante Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Dionysio Card. Tettamanzi, Archiepiscopo Mediolanensi, Capite Ritus Ambrosiani, litteris die 18 Aprilis 2011 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, editionem Evangeliarii Ambrosiani, congruam cum partibus Lectionarii Missalis Ambrosiani iam approbatis (cf. Prot. N. 1515/06/L, diei 16 Martii 2008, et Prot. N. 433/09/L, diei 19 Martii 2010), prout in annexo exstat exemplari, perlibenter probamus seu confirmamus.

In textu imprimendo mentio fiat approbationis seu confirmationis ab Apostolica Sede concessae.

Eiusdem insuper textus impressi duo exemplaria ad hanc Congregationem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 31 Maii 2011, in festo Visitationis B. Mariae Virginis.

† *Antonius Card. Cañizares Llovera*  
Praefectus

† *Iosephus Augustinus Di Noia, OP*  
Archiepiscopus a Secretis

## EVANGELIARIUM AMBROSIANUM

## PRAENOTANDA

1. Liturgiae verbi culmen lectio evangelica, cui constat maximam venerationem esse tribuendam sive ex parte ministri sive ex parte fidelium<sup>1</sup>. Evangelium, enim, non modo ultima lectio rituali ordine existit, sed etiam singulariter eminenterque vivam Iesu Christi praesentiam revelat «dum sacrae Scripturae in Ecclesia leguntur»<sup>2</sup>.
2. Quapropter variae Orientalium et Occidentalium Ecclesiarum liturgicae traditiones libros ad Dei verbum celebrandum semper aliquo discrimine dignoverunt, cum Librum Evangeliorum seu Evangeliarium eximia praestare arte, cui codices picti pretio inaestimabiles essent documento, et in veneratione haberi prae alio vel aliis lectionum libris statuerent<sup>3</sup>.
3. Ecclesia quoque Mediolanensis insignitur sua propria in Evangeliariorum conficiendo traditione, quae in saecula peculiarem evangelicarum lectionum ordinem servavit. In hac eadem traditione hoc Evangeliarium ponitur, lectiones evangelicas ab instaurati *Lectionarii ambrosiani* ordine recipiens et monitum quod in Praenotandis legitur adimplens: «Valde convenit ut in omnibus ecclesiis Evangeliarium habeatur et in cathedrale saltem maioribusque ac magis frequentatis paroeciis et ecclesiis pulchre ornatum sit et distinctum ab alio lectionum libro»<sup>4</sup>.
4. Hoc novum «*Evangeliarium ambrosianum*», Ecclesiae Mediolanensis traditionem fideliter sequens, adinstar Evangeliorum producitur Libri, qui pericopas evangelicas liturgica sequentia dispositas continet: in exordio Resurrectionis Evangelia et Lectiones evangelicas vigiliare ad vespertinas celebrationes sabbatorum pertinentes; deinde festiva Evangelia secundum anni circuli tempora; denique Evangelia pro sollemnitatibus et sanctorum festis et in supplemento pro Ecclesiae et altaris dedicatione. Evangeliarium igitur non modo Evangelii proclamatione in Missarum Liturgia Verbi, sed etiam Evangelii Resurrectionis nuntio vel Lectione vigiliari adhiberi potest.
5. Ad librum «pulchre ornatum» conficiendum convenit quod Evangeliarium in pretioso involucro amiciatur et singulas sollemnitates festaque Domini omnia insignis imaginum series comitetur. Quidam praestantissimi aetatis nostrae artifices ad hoc operam dederunt, assentientes studio et diligentia se in rebus religiosis experiri. Ipsa graphica «nobilis simplicitatis» desiderio congruit. Textibus in Italicum sermonem nuper conversis hodierna apponuntur opera apte in exemplari picta, quod in Mediolanensi Ecclesia Maiori, omnium fidelium ambrosianorum matre, ad usum servatur. Imagines non ut merae exornationes vel explanationes proponuntur; eorum est enim cum Dei Verbo a quo ortae sunt

uberrimum nexum intexere et eius mysterium reserare. Nostri temporis ars prodest ad novitatem nuntii revelandam, qui adhuc in Ecclesiam et in mundum irrumpere non desinit.

## I. DE EVANGELIO IN ORDINE MISSAE FESTIVO

6. De more, festis et sollemnitatibus, Liturgia verbi, ternaria structura, *Lectionem*, quae ex Vetere aut ex Novo Testamento trahitur, *Epistulam* beati Pauli et *Evangelium* postulat<sup>5</sup>.

7. Lectioni sequitur *Psalmus* aut, quibusdam vigiliis, *Psalmellus*<sup>6</sup>. Post *Epistulam Cantus ante Evangelium* habetur, dum Evangeliarium processionaliter ad ambonem (vel pulpitem) defertur. In sollemnitatibus Nativitatis Domini et Epiphaniae et in Pascha Resurrectionis, in missa in die, etiam *Ante Evangelium* servatur.

8. Lectione Evangelii peracta, fit *homilia*. Spatio aliquo silentii servato, altare, seu mensa Domini, intuitu liturgiae eucharisticae preparatur a ministris<sup>7</sup>, dum fidelium coetus *Post Evangelium* canit.

9. De more, singulae lectiones et *Psalmus* in ambone proferuntur (vel canuntur). Nihil obstat quominus in liturgia sollemni *Evangelium* praesertim proclametur (vel canatur) in pulpito<sup>8</sup>.

10. Dum *Lectio*, *Psalmus* et *Epistula* proclamantur, fidelium coetus sedet. *Canto ante Evangelium* incipiente, surgit ad evangelicam lectionem audiendam. In celebratione cui episcopus praest fidelium coetus stat usquedum ille Evangeliarium osculetur, postea sedet ad homiliam audiendam. Qua peracta, post silentium quod homiliam sequitur et, convenienter, antiphona post *Evangelium* cantata, surgit.

11. *Lectionis* et *Epistulae* minister lector, institutus vel deputatus. Institutio viris pertinet; deputatio et viris et mulieribus. *Psalmi* (aut *Psalmelli*) minister *Psalmi* cantor seu psalmista. *Evangelii* minister in Liturgia verbi diaconus aut, eo absente, sacerdos. Si fieri potest, decet *Evangelium* proclamari non ab eo qui praesit (si episcopus praesertim), sed ab alio ministro, diacono aut sacerdote.

12. In Dominicarum vigiliis, si missa sollemni ritu celebratur, Liturgia verbi postulat tantummodo *Epistulam* (aut *Lectionem*, in quibusdam adiunctis) et *Evangelium*, praemisso semper *Evangelio Resurrectionis*, cuius locum tenet a II usque ad VI Dominicam Quadragesimae et Dominica in Albis depositis *Lectio* (evangelica) *vigiliaris*. Ad praesidentem semper pertinet in Dominicarum vigiliis *Evangelium Resurrectionis* vel *Lectionem* vigiliarem de altare nuntiare. Magnis vigiliis cunctae lectiones in ambone proclamantur. Nihil obstat quo-

minus praesertim Evangelium proclametur (vel canatur) in pulpito (cfr. n. 9).

13. Ambrosiana traditio statuit ut *Lectionis et Epistulae* ministri «a sacerdote celebrante mandatum petant ad Lectiones proferendas atque sumant per benedictionem ad hoc institutam, quam cruce se signantes accipiant. Benedictionis formae, ad omne genus Lectionis definitae, in missae ordinario reperiuntur»<sup>9</sup>.

14. Dum missa celebratur, *Canto ante Evangelium* peracto, ante salutationem quae evangelicam lectionem praecedit, petant benedictionem ab eo qui praeest:

- diaconus;
- presbyter concelebrans, cum episcopus praeest<sup>10</sup>;
- presbyter qui non concelebrat, rite indutus superpelliceo super vestem talarum (vel albam) atque stola<sup>11</sup>.

Minister pergit ad locum ubi *Evangelium* legitur et, versus eum qui praeest inclinatus, benedictionem petit clara voce dicens: «*Iube, domine, benedicere*». Qui praeest benedictionem impertit voce pariter clara, formulam adhibens quae in ordinario missae invenitur; minister se signans respondet: «*Amen*».

Aliter, presbyter, antequam pergat ad locum ubi Evangelium proclamatur, manibus iunctis, inclinatus ante altare, dicit secreto: «*Munda cor meum ac lábua mea, omnipotens Deus, ut sanctum evangélium tuum digne váleam nuntiáre*».

15. In Dominicarum vigiliis Evangelium Resurrectionis aut Lectio vigiliaris a sacerdote qui celebrat (vel a celebrante principali) sine ulla orationis praeparatoria formula semper proclamantur.

## II. DE EVANGELIARII USU

### *In processione initiali*

16. Dum fit processio initialis, Evangeliarium a diacono, aut a presbytero (qui concelebrat vel non concelebrat), aut, eis absentibus, a lectore deferri potest. Qui Evangeliarium defert ministros sequitur, eum qui praeest et alios concelebrantes praecedens; cum ad altare pervenerit, sine ulla reverentia deponit Evangeliarium ad perpendicularum in medio altari ad fidelium coetum versus vel ad libellam sursum directum.

Hoc modo procedatur:

- cum, absente diacono vel alio presbytero, processio cum *Canto ante Evangelium* coniuncta a secretario (vel ab alio loco idoneo) ordinari nequeat;
- vigiliari Dominicarum missa simplici ritu.

17. Suprascripto modo minime vero procedi potest:

- vigiliari Dominicarum missa solemniori ritu;

- aliis missis «inter Vesperas»;
- cum *Kyrie* duodecies canuntur.

Vigilari Dominicarum missa solemniter rito Evangeliarium ab initio supra altaris mensam ponendum est, aliter iam supra altare poni vel processionaliter a secretario (vel alio loco idoneo) ad ambonem (vel pulpitem) deferri potest dum *Cantus ante Evangelium* habetur.

#### *In vigiliari liturgia vespertina*

18. Vigilari Dominicarum missa sollemniter rito, *Hymno et Responsorio* perfectis, qui praest pergit ad medium altare, Evangeliarium aperit et sollemniter *Evangelium Resurrectionis* (aut *Lectionem vigiliarem*) usu a rituali ordine statuto legit vel canit (modi canendi in Evangeliarum appendice dantur). Idem fit vigilari Diei Domini missa simplici forma, post initialem didascaliam. Proclamatione peracta, Evangeliarium ad perpendicularum in medio altare ad fidelium coetum versus ponitur vel ad libellam sursum directum.

#### *In processione cum Canto ante Evangelium coniuncta*

19. Si fieri potest, *Canto ante Evangelium* inchoato, processio a secretario (vel alio loco idoneo) ad locum evangelicae proclamationis ordinatur. Si incensum adhibetur imponitur in secretario (vel in alio loco idoneo); dum fit processio, reverentia erga altare vel sacerdotem celebrantem non requiritur. Modus iste, qui praefertendus est, tantum usurpari potest cum Evangelium proclametur a diacono aut a presbytero qui celebrationi non praesideat.

20. Quoad n. 17, dum fit *Cantus ante Evangelium*, postquam sacerdos qui praest (vel celebrans principalis) imposuit incensum in turibulo, diaconus aut presbyter accipit ex altari Evangeliarium quod, praecedentibus ministris cum cereis et turibulo fumigante, processionaliter defertur in locum proclamationis.

#### *In Evangelii proclamatione*

21. Diaconus aut presbyter qui Evangelium legit populum salutatur («*Dóminus vobiscum*»), Evangelii titulum nuntiat («*Léctio sancti Evangelii secundum...*»), pollice signans librum et seipsum in fronte, ore et pectore; deinde, si incensum adhibetur, Evangeliarium turificat et Evangelium proclamat. Evangelica Lectio acclamatione «*Verbum Dómini*» concluditur, cui fidelium coetus respondet «*Laus tibi, Christe*».

22. Evangelium legi vel cani potest (modi canendi in Evangeliarum appendice dantur). Favendum est evangelicae proclamationi in cantu praesertim in sollemnioribus celebrationibus, quia suavius Dei verbum in corde fidelium imprimere valet.

Salutatio vero, titulus et invitatio ad finalem acclamationem, etsi narratio e-

vangelica non cantatur, in cantu proferri possunt, ita ut fidelium coetus in cantu respondeat. Finalis acclamatio a cantore incipi potest, cum minister qui Evangelium proclamaverit, canere nequeat.

*In Evangelii proclamationis conclusione*

23. In celebratione cui praeest episcopus, proclamatione conclusa, diaconus ei Evangeliarium defert osculandum. In celebratione cui praeest presbyter, liber Evangeliorum veneratur osculo ab eodem qui lectionem proclamavit.

24. Evangeliarium in ambone aut in pulpito, ubi Evangelium lectum est, servari potest aut in ambonis vel pulpiti latere ad fideles versus collocari. Si incommodo afficiat in ambone vel pulpito id servari, cum decore ministro committi potest, ut deferatur in abacum vel in alium idoneum dignumque locum.

*De aliis liturgicis celebrationibus*

25. Evangeliarium etiam in episcopi et diaconorum ordinatione adhibendum est. In episcopali ordinatione<sup>12</sup>, post Evangelii proclamationem, liber in altari deponatur et ibi maneat usquedum episcopus ordinans principalis apertum super caput electi imponat (duo diaconi, a dexteris et sinistris uniuscuiusque electi stantes librum Evangeliorum tenent usquedum Prex Ordinationis finiatur). In diaconorum ordinatione<sup>13</sup>, post Evangelii proclamationem, liber in altari deponatur usquedum ab episcopo unicuique diacono tradendum sit.

26. Evangeliarium etiam in exsequiis, praecipue episcopi<sup>14</sup>, adhiberi potest. Super feretrum ante altare depositum diaconus (vel alius minister) librum apertum collocat. Celebratione peracta, antequam defunctus ad sepulturam deferatur, diaconus (vel alius minister) a feretro Evangeliarium aufert.

27. Evangeliarium in processione honorifice defertur et in pluteum idoneum in medio presbyterii imponitur Concilii provincialis vel diœcesanae Synodi initio et uniuscuiusque sessionis celebratione, quotiescumque Missa vel Hora Liturgiae Horarum vel Liturgia verbi celebratur<sup>15</sup>.

*De Ecclesiae Maioris propriis ritibus<sup>16</sup>*

28. In Ecclesia Maiori, cum missa ab archiepiscopo sollemni ritu celebratur, processione ad locum Evangelii proclamationis quattuor diaconi ministrant, quorum primus Evangeliarium ostendens defert, duo alii candelabra cum cereis accensis tenent et quartus turibulum fumigans.

29. Ante homiliam, archiepiscopus, cum mitra et baculo in cathedra sedens, turificatur sicut Evangeliarium ante Evangelii proclamationem.

30. Ritus supradicti adhiberi possunt etiam cum archiepiscopus, quibusdam adiunctis, extra Ecclesiam Maiorem celebrat. Iidem ritus ad unumquemque pertinent ordinarium loci, qui in sua diocesi vel ubi legitime ambrosianus ritus viget, sollempniter ambrosiano ritu celebret.

#### NOTE

<sup>1</sup> Cfr. *Institutio Missalis Ambrosiani*, n. 34.

<sup>2</sup> CONCILIIUM VATICANUM II, Constitutio de sacra liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 7.

<sup>3</sup> Cfr. *Lectioarium ambrosianum. Praenotanda* (= *Praenotanda*), n. 43.

<sup>4</sup> *Praenotanda*, n. 43.

<sup>5</sup> Cfr. *Praenotanda*, n. 66.

<sup>6</sup> Cfr. *Praenotanda*, nn. 28-30.

<sup>7</sup> Cfr. *Praenotanda*, nn. 33-38.

<sup>8</sup> Cfr. *Praenotanda*, n. 39.

<sup>9</sup> *Praenotanda*, n. 24.

<sup>10</sup> Cfr. *Caeremoniale Episcoporum*, n. 74.

<sup>11</sup> Cfr. *Praenotanda*, n. 25b.

<sup>12</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, nn. 494. 503. 505. 507.

<sup>13</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, n. 546. 558.

<sup>14</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, n. 824.

<sup>15</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, nn. 1171-1172. 1174.

<sup>16</sup> Cfr. *Institutio Missalis Ambrosiani* (ed. 1990), nn. 355. 358.

*Traduzione in italiano*

#### CONGREGAZIONE PER IL CULTO DIVINO E LA DISCIPLINA DEI SACRAMENTI

Prot. N. 406/11/L

Dal Vaticano, 31 maggio 2011

Signor Cardinale,  
in risposta alla Sua cortese richiesta, in data 18 aprile scorso (Prot. Gen. N. 1196), concernente la *recognitio* dell'edizione dell'Evangelionario Ambrosiano, che unisce in un unico volume i testi evangelici già approvati da questo Dicastero per il Lezionario Ambrosiano "de tempore" e "de Sanctis" (cf. Prot. N. 1515/06/L, decreto del 16 marzo 2008 e Prot. N. 433/09/L, decreto del 19 marzo 2010), introdotto da relative *Premesse*, sono lieto di trasmettere a Vostra Eminenza l'allegato decreto, unitamente all'esemplare dei corrispondenti testi.

Certo che la nuova edizione dell'Evangelario ambrosiano favorirà, nel popolo di Dio, la crescente venerazione per il Vangelo proclamato nell'assemblea liturgica, colgo l'occasione per porgere fraterni saluti e confermarmi con sensi di distinto ossequio

dell'Eminenza Vostra Reverendissima  
devotissimo nel Signore

†Antonio Card. Cañizares Llovera  
Prefetto

Con allegati:

## EVANGELIARIO AMBROSIANO

### PREMESSE

1. Al vertice della Liturgia della parola sta la proclamazione del Vangelo, cui si deve il massimo rispetto sia da parte del ministro incaricato sia da parte dei fedeli<sup>1</sup>. Il Vangelo, infatti, non è soltanto l'ultima lettura nell'ordinamento rituale, ma anche quella che in modo del tutto speciale ed eccellente rivela la presenza viva di Gesù Cristo «quando nella Chiesa si legge la Sacra Scrittura»<sup>2</sup>.
2. È questa la ragione per cui le diverse tradizioni liturgiche d'Oriente e d'Occidente hanno sempre fatto una distinzione fra i libri in uso per celebrare la parola di Dio, riservando al Libro dei Vangeli o Evangelario una particolare qualità artistica, testimoniata da codici miniati di straordinario valore, e facendolo «oggetto di venerazione più di ogni altro libro destinato alle letture»<sup>3</sup>.
3. Anche la Chiesa di Milano vanta una propria tradizione di Evangelario, nel quale lungo i secoli si è riversato un peculiare ordinamento di letture evangeliche. Nel solco di questa tradizione viene a collocarsi il presente Evangelario, che, raccogliendo le letture evangeliche del rinnovato *Lezionario ambrosiano*, dà attuazione a quanto scritto nelle sue Premesse: «È opportuno che in tutte le chiese vi sia un Evangelario e che nella cattedrale e almeno nelle parrocchie e chiese più grandi e più frequentate ci sia un Evangelario splendidamente ornato, distinto dall'altro libro delle letture»<sup>4</sup>.
4. Questo nuovo “*Evangelario ambrosiano*”, in fedeltà alla tradizione della Chiesa milanese, si presenta come un Libro dei Vangeli che riporta le pericopi evangeliche in sequenza liturgica: aprono i Vangeli della Risurrezione e le Let-

ture evangeliche vigiliari per le celebrazioni vespertine del sabato; seguono i Vangeli festivi secondo i diversi Tempi dell'anno liturgico; chiudono i Vangeli delle solennità e delle feste dei santi e in appendice si trovano quelli per il rito della Dedicazione della chiesa e dell'altare. L'Evangelario si può dunque usare non solo per la proclamazione del Vangelo nella Liturgia della parola della Messa, ma anche per l'annuncio del Vangelo della Risurrezione o per la Lettura vigiliare.

5. La scelta di avvolgere l'Evangelario in una preziosa coperta e di accompagnare ogni solennità e tutte le feste del Signore con un ricco apparato iconografico corrisponde all'intento di realizzare un libro «splendidamente ornato». Vi hanno lavorato alcuni tra i più importanti artisti contemporanei, che hanno accettato con impegno e sensibilità di confrontarsi con tematiche religiose. Anche la grafica corrisponde a un desiderio di «nobile semplicità». Alla rinnovata traduzione dei testi in lingua italiana si accostano opere contemporanee appositamente realizzate sull'originale, impiegato e custodito nel Duomo di Milano, chiesa madre di tutti i fedeli ambrosiani. Le immagini non rispondono a intenti decorativi o illustrativi, ma cercano di intrecciare un fecondo dialogo con la Parola di Dio che le ha generate e di dischiuderne il mistero. L'arte contemporanea concorre a esprimere la novità di un annuncio che continua a irrompere nell'oggi della Chiesa e del mondo.

## I. IL VANGELO NELL'ORDINAMENTO FESTIVO DELLA MESSA

6. Ordinariamente, nelle feste e nelle solennità, la Liturgia della parola, nel suo schema ternario, prevede la *Lettura*, tratta dall'Antico o dal Nuovo Testamento, l'*Epistola* paolina e il *Vangelo*<sup>5</sup>.

7. Alla *Lettura* segue il *Salmo* o, in alcune vigilie, il *Salmello*<sup>6</sup>. Dopo l'*Epistola* si esegue il *Canto al Vangelo*, durante il quale l'Evangelario è portato processionalmente all'ambone (o al pulpito). Nelle solennità del Natale del Signore e dell'Epifania e nella Pasqua di Risurrezione, nella messa nel giorno è conservata anche l'antifona *Prima del Vangelo* (o *Antevangelo*).

8. Terminata la proclamazione del Vangelo, ha luogo l'*omelia*. Dopo un breve momento di silenzio, l'altare, o mensa del Signore, viene preparato dai ministri in vista della liturgia eucaristica<sup>7</sup> mentre l'assemblea esegue il *Canto dopo il Vangelo*.

9. Di norma tutte le letture e il Salmo si proclamano (o si cantano) dall'ambone. Nulla vieta che, quando si tratta di una liturgia solenne, specialmente il Vangelo venga proclamato (o cantato) dal pulpito<sup>8</sup>.

10. Durante la *Lettura*, il *Salmo* e l'*Epistola* l'assemblea sta seduta. Al *Can-*

*to al Vangelo* l'assemblea si alza e rimane in piedi per ascoltare la proclamazione del *Vangelo*. Nelle celebrazioni presiedute da un vescovo, l'assemblea rimane in piedi fino a quando l'Evangelario è stato da lui venerato con il bacio, poi si siede per l'omelia. In ogni caso, l'assemblea rimane seduta nel momento di silenzio seguente l'omelia e preferibilmente anche durante il *Canto dopo il Vangelo*.

11. Ministro della *Lettura* e dell'*Epistola* è il lettore, istituito o incaricato. L'istituzione è riservata agli uomini; lettori incaricati possono essere sia uomini che donne. Ministro del *Salmo* (o del *Salmello*) è il cantore del Salmo o salmista. Ministro del *Vangelo*, durante la Liturgia della parola, è il diacono o, in sua assenza, il sacerdote. Quando è possibile, è conveniente che a proclamare il Vangelo non sia chi presiede (in particolare se si tratta di un vescovo), ma un altro ministro, diacono o sacerdote.

12. Nelle celebrazioni vigiliari vespertine della domenica in forma solenne la Liturgia della parola prevede solo l'*Epistola* (o la *Lettura*, in determinati casi) e il *Vangelo*, essendo premesso sempre un *Vangelo della Risurrezione* sostituito, dalla II alla VI domenica di Quaresima e nella domenica *in Albis depositis*, da una *Lettura* (evangelica) *vigiliare*. È sempre compito di chi presiede proclamare dall'altare il Vangelo della Risurrezione o la *Lettura vigiliare* nella liturgia vigiliare vespertina della domenica.

Nelle grandi vigilie tutte le letture sono proclamate dall'ambone. Nulla vieta che specialmente il Vangelo venga proclamato (o cantato) dal pulpito (cfr. n. 9)

13. La tradizione ambrosiana stabilisce che i ministri della *Lettura* e dell'*Epistola* «chiedano al sacerdote celebrante il mandato per proclamare le Letture e lo ricevano mediante un'apposita benedizione, che accolgono facendo il segno di croce. Le formule di benedizione, specificate per le varie tipologie di Letture, sono riportate nell'ordinario della messa»<sup>9</sup>.

14. Durante la messa, terminato il *Canto al Vangelo*, prima di introdurre con il saluto la proclamazione della pericope evangelica, sono tenuti a chiedere la benedizione a colui che presiede:

- il diacono;
- il presbitero conceleberrante, quando il celebrante principale è un vescovo<sup>10</sup>;
- il presbitero non conceleberrante, debitamente rivestito della cotta (o del camice) e della stola<sup>11</sup>.

Il ministro si porta al luogo della proclamazione del *Vangelo* e, inchinandosi verso colui che presiede, chiede la benedizione, dicendo a chiara voce: «*Benedicimi, Padre*». Colui che presiede gli imparte la benedizione dicendo, sempre a chiara voce, la formula riportata nell'ordinario della messa. Il ministro fa il segno di croce e risponde «*Amen*».

Diversamente, il presbitero, prima di recarsi al luogo della proclamazione del Vangelo, s'inchina dinanzi all'altare con le mani giunte e dice sottovoce: «*Pu-*

*rifica il mio cuore e le mie labbra, o Dio onnipotente, perché possa annunciare degnamente il tuo Vangelo».*

15. Nella celebrazione vigiliare vespertina della domenica il Vangelo della Risurrezione o la Lettura vigiliare sono sempre proclamati dal sacerdote celebrante (o dal celebrante principale) senza alcuna formula di preghiera preparatoria.

## II. L'USO DELL'EVANGELIARIO

*Nella processione d'ingresso*

16. L'Evangelario può essere portato durante la processione d'ingresso dal diacono, o da un presbitero (concelebrante o non concelebrante), o, in loro assenza, da un lettore. Colui che reca l'Evangelario segue i ministri e precede chi presiede e gli eventuali altri concelebranti e, giunto all'altare, omessa la riverenza, lo depone al centro della mensa, in posizione verticale rivolto all'assemblea o in posizione orizzontale rivolto verso l'alto.

Questa modalità è indicata:

- qualora non fosse possibile svolgere la processione dalla sacrestia (o da un altro luogo adatto) durante il *Canto al Vangelo*, a causa dell'assenza di un diacono o di un altro presbitero;
- nella messa vigiliare della domenica in forma semplice.

17. La modalità sopra descritta è del tutto impraticabile:

- nella messa vigiliare della domenica in forma solenne;
- nelle altre messe «inter Vesperas»;
- quando si cantano i 12 *Kyrie*.

Nella messa vigiliare della domenica in forma solenne l'Evangelario deve essere posto fin dall'inizio sulla mensa dell'altare, negli altri casi può essere posto già sull'altare o portato processionalmente dalla sacrestia (o da altro luogo idoneo) all'ambone (o pulpito) durante il *Canto al Vangelo*.

*Nella liturgia vigiliare vespertina*

18. Nella messa vigiliare della domenica in forma solenne, cantati l'*Inno* e il *Responsorio*, colui che presiede si reca al centro dell'altare e, aperto l'Evangelario, proclama solennemente o canta il *Vangelo della Risurrezione* (o la *Lettura vigiliare*) nei modi previsti dall'ordinamento rituale (i toni musicali si trovano in appendice all'Evangelario). Lo stesso avviene nella messa vigiliare della domenica in forma semplice, dopo la didascalia introduttiva. Terminata la proclamazione, l'Evangelario viene riposto al centro dell'altare in posizione verticale rivolto all'assemblea o in posizione orizzontale rivolto verso l'alto.

*Nella processione del Canto al Vangelo*

19. Quando è possibile, all'inizio del *Canto al Vangelo* si ordina la processione dalla sacrestia (o da altro luogo adatto) al luogo della proclamazione del Vangelo. Se si usa l'incenso, l'infusione avviene in sacrestia (o in altro luogo adatto); durante la processione non si compie alcun gesto di venerazione né all'altare né al sacerdote celebrante. Tale modalità, da preferirsi, è praticabile a condizione che il Vangelo sia proclamato dal diacono o da un presbitero diverso dal sacerdote che presiede la celebrazione.

20. Nei casi indicati al n. 17, durante il *Canto al Vangelo*, dopo che il sacerdote celebrante (o il celebrante principale) ha fatto l'infusione dell'incenso, il diacono o il presbitero prende l'Evangelario dall'altare e, preceduto dai ministranti con candelieri e incenso, lo reca processionalmente al luogo della proclamazione.

*Alla proclamazione del Vangelo*

21. Il diacono o il presbitero che proclama il Vangelo saluta il popolo («*Il Signore sia con voi*»), e annuncia il titolo del Vangelo («*Lettura del Vangelo secondo...*»), segnando con il pollice il libro e se stesso sulla fronte, sulla bocca e sul petto; quindi, se si usa l'incenso, incensa l'Evangelario e poi proclama il Vangelo. La proclamazione del Vangelo si chiude con l'acclamazione «*Parola del Signore*», a cui l'assemblea risponde «*Lode a te, o Cristo*».

22. La proclamazione del Vangelo può avvenire in forma letta o in canto (i toni musicali si trovano in appendice all'Evangelario). La proclamazione in canto è da incoraggiare soprattutto nelle liturgie più solenni, perché capace di imprimere più soavemente la parola del Signore nell'animo dei fedeli. Anche il saluto, il titolo e l'invito all'acclamazione finale, indipendentemente dalla proclamazione in canto del brano evangelico, possono essere proferiti in canto, dando modo all'assemblea di rispondere a sua volta con il canto. L'acclamazione finale può essere intonata anche da un cantore, qualora il ministro che ha proclamato il Vangelo non fosse esperto nel canto.

*Al termine della proclamazione del Vangelo*

23. Nella celebrazione presieduta da un vescovo il diacono, al termine della proclamazione, presenta al vescovo l'Evangelario per il bacio. Nella celebrazione presieduta da un presbitero l'Evangelario viene venerato con il bacio da parte di chi ha fatto la proclamazione del testo evangelico.

24. L'Evangelario può rimanere sull'ambone o sul pulpito, là dove il Vangelo è stato proclamato, o può essere collocato sul versante dell'ambone o del pulpito rivolto ai fedeli.

Se la sua permanenza sull'ambone o sul pulpito risultasse disagiata, può anche essere affidato in modo dignitoso a un ministro perché sia portato alla cattedra o in altro luogo adatto e degno.

*Nelle altre celebrazioni liturgiche*

25. L'Evangelario è da usarsi anche nelle liturgie di ordinazione del vescovo e dei diaconi. Nell'ordinazione del vescovo<sup>12</sup>, dopo la proclamazione del Vangelo, il libro sia deposto sull'altare e vi rimanga sino a che il vescovo ordinante principale lo imporrà aperto sul capo di ciascun eletto (due diaconi, in piedi a destra e a sinistra di ciascun eletto, tengono l'Evangelario fino al termine della Preghiera di Ordinazione).

Nell'ordinazione dei diaconi<sup>13</sup>, dopo la proclamazione del Vangelo, il libro sia deposto sull'altare sino a che il vescovo lo dovrà consegnare a ciascun ordinato diacono, nei riti esplicativi.

26. L'Evangelario può essere usato anche nelle esequie, specialmente in quelle per un vescovo<sup>14</sup>. Dopo che la bara è stata posta davanti all'altare, un diacono (o un altro ministro) depone sul feretro il libro aperto. Al termine della celebrazione, prima che il defunto sia portato alla sepoltura, il diacono (o un altro ministro) toglie l'Evangelario dal feretro.

27. L'Evangelario viene portato solennemente in processione e intronizzato al centro del presbiterio all'inizio di un Concilio provinciale o di un Sinodo diocesano e nella celebrazione di ogni loro singola sessione, sia nel caso venga celebrata l'Eucaristia, sia nel caso si celebri una parte della Liturgia delle ore o una Liturgia della parola<sup>15</sup>.

*Riti propri della Chiesa metropolitana<sup>16</sup>*

28. Nella Chiesa metropolitana, quando la messa è celebrata solennemente dall'arcivescovo, la processione per la proclamazione del Vangelo prevede quattro diaconi, dei quali uno reca, ostendendolo, l'Evangelario, due reggono i cantari accesi e il quarto tiene il turibolo fumigante.

29. Prima dell'omelia l'arcivescovo riceve l'incensazione seduto in cattedra con mitra e pastorale, analogamente all'atto con cui viene incensato l'Evangelario prima della proclamazione del Vangelo.

30. Questi riti possono essere usati anche quando l'arcivescovo celebra in particolari occasioni fuori dalla Chiesa cattedrale. Essi competono anche a qualsiasi ordinario di luogo che celebri solennemente in rito ambrosiano entro la propria Diocesi o territorio ove legittimamente sia in vigore il rito ambrosiano stesso.

NOTE

- <sup>1</sup> Cfr. *Principi e Norme per l'uso del Messale ambrosiano*, n. 34.  
<sup>2</sup> CONCILIO VATICANO II, Costituzione sulla Sacra Liturgia, *Sacrosanctum Concilium*, n. 7.  
<sup>3</sup> *Premesse al Lezionario ambrosiano (= Premesse)*, n. 43.  
<sup>4</sup> *Premesse*, n. 43.  
<sup>5</sup> Cfr. *Premesse*, n. 66.  
<sup>6</sup> Cfr. *Premesse*, nn. 28-30.  
<sup>7</sup> Cfr. *Premesse*, nn. 33-38.  
<sup>8</sup> Cfr. *Premesse*, n. 39.  
<sup>9</sup> *Premesse*, n. 24.  
<sup>10</sup> Cfr. *Caeremoniale Episcoporum*, n. 74.  
<sup>11</sup> Cfr. *Premesse*, n. 25b.  
<sup>12</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, nn. 494. 503. 505. 507.  
<sup>13</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, nn. 546. 558.  
<sup>14</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, n. 824.  
<sup>15</sup> Cfr. *Caeremoniale episcoporum*, nn. 1171-1172. 1174.  
<sup>16</sup> Cfr. *Principi e norme per l'uso del Messale ambrosiano* (ed. 1990), nn. 355. 358.

CONGREGAZIONE PER IL CULTO DIVINO E LA DISCIPLINA DEI SACRAMENTI

**Decreto per l'iscrizione nel calendario comune,  
in Rito ambrosiano, della Memoria facoltativa  
del Beato Giovanni Paolo II**

(4 giugno 2011)

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 474/11/L

**MEDIOLANENSIS**

CALENDARIUM AMBROSIANUM COMMUNE

Instante Eminentissimo ac Reverendissimo Domino S.R.E. Cardinale Dionysio

TETTAMANZI, Archiepiscopo Mediolanensi, Capite Ritus Ambrosiani, litteris die 18 mensis aprilis anno 2011 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, perlibenter concedimus, ut celebratio Beati Ioannis Pauli II, papae, in Calendarium Ambrosianum Commune, die 22 octobris gradu memoriae ad libitum quotannis peragenda, inseri valeat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 24 mensis maii anno 2011.

†*Antonius Card. Cañizares Llovera*  
Praefectus

†*Iosephus Augustinus Di Noia, OP*  
Archiepiscopus a Secretis

CONGREGAZIONE PER IL CULTO DIVINO E LA DISCIPLINA DEI SACRAMENTI

**Decreto per la *recognitio* dell'Orazione della Messa  
e per il proprio della Liturgia delle ore in  
Rito ambrosiano, in onore dei Beati Enrichetta  
Alfieri, Serafino Morazzone e Clemente Vismara**

(4 giugno 2011)

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 404/11/L

**MEDIOLANENSIS**

Ritus Ambrosiani

Instante Eminentissimo Domino Dionysio Card. Tettamanzi, Archiepiscopo Mediolanensi, litteris die 18 mensis aprilis 2011 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, textus orationis,

lingua latina et italica exaratos, necnon textus proprios Liturgiae Horarum, lingua italica exaratos, in honorem beatæ Henricæ Alfieri, virginis, beati Seraphini Morazzone, presbyteri, et beati Clementis Vismara, presbyteri, prout in adiecto exstant esemplari, libenter probamus et confirmamus .

In textu imprimendo mentio fiat de approbatione et confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eiusdem vero textus impressi duo exemplaria ad hanc Congregationem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,  
die 4 mensis iunii 2011.

†*Antonius Card. Cañizares Llovera*  
Praefectus

†*Iosephus Augustinus Di Noia, OP*  
Archiepiscopus a Secretis

CONGREGAZIONE PER IL CULTO DIVINO E LA DISCIPLINA DEI SACRAMENTI

**Decreto per l'orazione Colletta e per la seconda  
lettura della Liturgia delle ore in Rito romano,  
in onore dei Beati Enrichetta Alfieri,  
Serafino Morazzone e Clemente Vismara**

(4 giugno 2011)

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 404/11/L

**MEDIOLANENSIS**

Ritus Romani

Instante Eminentissimo Domino Dionysio Card. Tettamanzi, Archiepiscopo Mediolanensi, litteris die 18 mensis aprilis 2011 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice Benedicto XVI tributarum, textus pro Ritu

Romano orationis collectae, lingua latina et italica exaratos, necnon textum lectionis alterius Liturgiae Horarum, lingua italica exaratum, in honorem beatae Henricae Alfieri, virginis, beati Seraphini Morazzone, presbyteri, et beati Clementis Vismara, presbyteri, prout in adiecto exstant exemplari, libenter probamus et confirmamus .

In textu imprimendo mentio fiat de approbatione et confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eiusdem vero textus impressi duo exemplaria ad hanc Congregationem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 4 mensis iunii 2011.

†*Antonius Card. Cañizares Llovera*  
Praefectus

†*Iosephus Augustinus Di Noia, OP*  
Archiepiscopus a Secretis

CONGREGAZIONE PER IL CULTO DIVINO E LA DISCIPLINA DEI SACRAMENTI

**Decreto per l'iscrizione nel calendario proprio dell'Arcidiocesi di Milano, in Rito ambrosiano e in Rito romano, della Memoria facoltativa dei Beati Enrichetta Alfieri (26 novembre), Serafino Morazzone (9 maggio) e Clemente Vismara (15 giugno)**

(27 giugno 2011)

MEDIOLANENSIS

Instante Eminentissimo Domino Dionysio Card. Tettamanzi, Archiepiscopo Mediolanensi, litteris die 18 mensis Aprilis 2011 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice Benedicto XVI tributarum, perlibenter concedimus ut celebrationes quae sequuntur:

- die 9 mensis Maii, Beati Seraphini Morazzone, presbyteri, gradu memoriae ad libitum,
- die 15 mensis Iunii, Beati Clementi Vismara, presbyteri, gradu memoriae ad libitum,
- die 26 mensis Novembris, Beatae Henricae Alfieri, virginis, gradu memoriae ad libitum,

---

514 ATTI DELLA SANTA SEDE

in Calendarium proprium eiusdem Ecclesiae inseri valeant.  
Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,  
die 27 mensis Iunii 2011.

†*Antonius Card. Cañizares Llovera*  
Praefectus

†*Iosephus Augustinus Di Noia, OP*  
Archiepiscopus a Secretis

---

**ALTRI DOCUMENTI:**

- Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi. Dichiarazione sulla retta applicazione del canone 1382 del Codice di Diritto Canonico: "UN'ESIGENZA DI COMUNIONE" (6 giugno 2011) in *L'Osservatore Romano*, 11 giugno 2011, p. 7.
- Congregazione delle Cause dei Santi: "PROMULGAZIONE DI DECRETI" (27 giugno 2011) in *L'Osservatore Romano*, 27-28 giugno 2011, p. 7.